



## Universitätsbibliothek Paderborn

**Ex Illvstrissimo Cardinali Bellarmino Epitome  
Controuersiarum Omnia huius Aeui  
Lvthero-Calvinisticarvm Sub diuersis Titulis bis  
Quadripertitis digestarum**

**Coppenstein, Johann Andreas**

**Mogvntiae, 1624**

LXVII [i. e. LXVIII]. Eucharistia sitne adoranda ac veneranda?

**urn:nbn:de:hbz:466:1-11726**

**H.** *Vvss Vnius à Christo comprobatus est.* 1. *VERBIS, Ioann. 6.* 1. *Hic verò agi de Buch. Negat Lutherus & quidam Caluinistæ.* 2. *Concedunt Hussite & Caluinistæ Gallicani cum Plesso.* 1. 4. *Euch. c 2.* *Se igitur destruunt; nos confirmant; vt & tota Classis S. Patrum.* 2. *FACTO.* *vt Luc. 24.* in Emmaus: *testibus S. Patribus.* *Textu iithic ipso: & Effectu illuminationis.* Et; Dominus ibi **Consecravit**; id est, **Sacrificauit** *Vnā speciem:* *Quod ex natura rei sit rectè: at nūc non rectè fieret;* ob præceptum Ecclesiasticum. Christus ter benedixit panem. 1. *Cum miraculo panes & pisces.* 2. *Cum Sacramento in Cœna,* 3. *In Emmaus.* 3. *APOSTOLIS Vvss fuit Vnius,* *Act. 2. v. 42.* & *Act. 20. v. 7.* Ita S. Patres, & aduersarii:

*Sed hi Synechdochæ ibi singunt partis pro toto.*

**A.T.** *Cur non pariter & Ioann. 6.* foret *Synechdoche in multiplicatione panū;* *vt intelligeretur cados vini propinasse?* 2. *Lucas ter meminit benedicti panis;* *nunquam vini: huius vel semel meminisset.* 3. *Iudei multi, recens conuersti, abstinebant à vino,* *Act. 12. v. 20.* *Omnis emulatores Legis Mosaicæ, Nazaræi maxime,* *Act. 18. v. 18* & *c. 21. v. 23.* *at hi durante voto erant perseverantes in Doctrina Apostolorum, & Communicatione Fractionis Panis:* Ergo sub una communicarunt. **DIC&S** Ergo & Apostoli sacrificarint in una. **R.E.S.P.** Esto: licebat exemplo Christi: At nunc non licet, ob præceptum Ecclesiæ. Iu quo cum Norwegis dispensauit Innoc. VI II, teste Volater. l. 7. Geogra. Adde Vvss idem Vnius durauit post Apostolos, vt licitus, non vt præceptus, *wie ad tempora Hussitarum.*

**III. CHRISTVS TOTVS Carne, Sanguine, Animâ, Diuinitate, est in utrilibet specie idem; sed Aliter: nam sub specie panis, vi Sacramenti, est carne sola; sub vino, Sanguine solo: cetera tamen utrobique vi Concomitantia naturalis.** **CALVINISTÆ** Christum Carne, Sanguine, Animâ, Diuinitate esse in cœlo a-iunt: in Sacramento esse negant: ridentque Concomitantiam. **LUTHERANI** Quidam Caluinizant; sed Christi Carnem solam esse sub pane; Sanguinem solum sub vino: Animam in neutra. Ita Illyr. Heshus, Hamelmann. Quidam Catholizant, vt Vbiquitarii, Brent. Ken. totum Vtrique inesse. Hinc isti torum nunquam accipiunt; ac proinde nihil plus, quam Caluinistæ: Quia diuidi Christus nequit, quam mori amplius.

**IV. CAVSÆ VNIVS** permissæ sunt, 1. *Quia Totus inest Vtrilibet.* 2. *Par fructus vtriuslibet ac vtriusque.* 3. *Multæ Abstemii.* 4. *Loca multa carent vi-* no. 5. *Periculum effusionis.* Ob hæc vnam licet vsurpari posse censem etiam Brentius *apolog. pro Confess. Wirtenberg.* Melancht. l. de vsu Sacramēt. ait Ruthe-nos p vino vt posse medone, aut multo. Si ergo iure diuino prohibitum est Cōmunicare sub vna; cur permittunt? Si non prohibitum; cur negant vsum vnius? At in iure diuino dispensare nemo potest.

#### QVÆSTIO LXVIII.

*Eucharistia sine Adoranda ac Venienda?*

**LUTHERANI** distinguunt: 1. *Extra Vsum, adoratio Euch.* est idolatria. Luth. libr. ad Wald. In Vsu, Quidam damnant ibi adorationem, et si presentem

eam Christum agnoscant Corpore & Sanguine; Luth. ibid. Melancht. de Coena, Illyr. in Confess. Antwerp. Quidam, esse adorandam, Lutherus l. de verbis, *Hoc est Corpus*. Bucerius, Brentius, Kemnitius. Negant hi tamen adorandam sic, ut Catholicci docent; quos ἀρτόλατρος VOCANT.

CALVINUS Inst. I. 4. c. 17. §. 35. &c. cum suis omnem Eucharistiae adorationem proclamant esse Idolatriam. Tigurini in apolog. fatentur, se adoraturos Sacramentum, si crederentibi Christum esse praesentem.

S V A D E N T istis. 1. Lutherus. Ad verba Cœna attendendum; at adoratio impedit attentionem. 2. Calvinus. Apostoli communicantes non leguntur adorasse. 3. Christus in omni creatura est: ergo & adoranda foret. 4. Honorius III. instituit adorationem: Urbanus IV. festum Corporis Christi: ergo humanum inuentum est.

A V T O R. Christo in Eucharistia debetur Adoratio. 1. Deut. 6. Matt. 4. Dominum Deum tuum adorabis, & illi soli seruies: At Christus Deus & homo est in Euch. Ergo. D I C E S: Adorandus est, ubi est, seque adorari iussit, sc. in Cœlo, non in Sacramento: Nec enim dixit, Accipite & adorate. Deinde, Christus non est in Cœna; sed Corpus eius. R E S P. Ioann. 4. In omni loco adorandus est Deus. Nec in præsepio erat, ut adoraretur; sed ut qui eiceret: recte tamen adoratus est. Ita Adorari, est secundaria Sacrameti Institutio. 2. Traditio S. Patrum iubet adorari in Euch. Christum, Bellarmin. lib. 4. c. 29.

D I C O A D I. Adoratio ex verbis Cœna oritur, ut inde moueamur ad eā: tantum abest, quod impediatur.

A D II. Apostoli ut se habuerunt erga conuersantem cum iis Christum: ita & erga latentem sub speciebus. Semper ut Deum agnouerunt, sic & coluerunt;

A D III. Non instituit Honorius, sed monuit Praelatos, ne Christum honore finerent fraudari. Festum Urbanus instituit; cuius officium id postulabat.

## VIII. DE MISSA.

### QVÆSTIO LXIX.

*Missa Sacrificium Vnde, Quid,  
Quotuplex esse dicitur?*

L V T H E R A N I. Missam deducunt à voce Mahhu. Lazarim, Dan. II. Deum Mahhu Zim colet in loco suo. Et Missam, ait Kemn. p. 2. Examin. robur esse Romani Antichristi. 2. Melancht. Missam dici vultab Missach, id est, voluntaria oblatio.

3. CALVINUS Inst. I. 4. c. 18. §. 18. Melanch. in apolog. Confess. Aug. dictam volunt à mitendis munieribus, quasi symbolis.

4. Missam definit Melancht. ibid. esse opus, quod Deo reddimus, ut eum honoremus. Esseque vult Sacrificium duplex, Propitiatorium, seu Satisfactione pro peccatis Deum placans. Eucharisticum, seu gratiarum actio pro beneficiis; ut est Fides, prædicatio, oratio. &c. & bona quæcumque ad laudem Dei. Et hoc propriè vult Missam esse: rite S. Aug. 10. Ciuit. cap. 6. Sacrificium verum est omne opus bonum, quod agitur, ut S. Societate inhereatur Deo; relatum ad eum finem, quo beati esse possumus.

5. CALVINUS ibid. Nos perpetuo Scriptura usu Sacrificium appellari scimus, quicquid omnino Deo offertur.

6. Kemnitius ibid. ait: Sacrificium est Ceremonia ale quid & externe; vt in Veteri Testam. Hostia, holocausta, decimæ, &c. 2. Sacrificium Crucis mortis Christi. 3. Sacrificium Spiritale interius; ut prædicatione, oratione, elemosyna, mortificatio &c.

A V T O R. I. Missa, vox antiquissima apud S. Ambr. l. 5. epist. 33. Aug. Serm. 91. de temper. &c. 1. dicitur à dimissione populi. 2. Accipitur etiam pro precibus. 3. pro Liturgia ab Offertorio usque ad

Rr 3 finem.